



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

§. 5. De Superbia in Sacerdotibus castigata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

est, vocemque audivit juxta se dicentem : damnatus es, quia territus in fugam se dedit, & domum veniens mox graviter morbo correptus est; cumque visitaretur ab Amicis, hoc illi in ore habuit : damnatus sum : & in hac voce non multo post expiravit. Idem.

V. Jacobus Marchantius in Virga Aaron lect. 11. narrat de duobus Parochis, quorum alter tabulato, in qua nuptiale agebatur convivium, corruente oppressus miserè occubuit, scyphumque adhuc in manu gerens inventus est. Alter autem, dum simili convivio nuptiali intererat, temulentus de altiori loco per gradus corruit, & fracta cervice, subito expiravit.

## §. V.

### De Superbia in Sacerdotibus castigata.

I. Simon de Tornaco celeberrimus Doctor Parisiensis, cum ob raram scientiam ab omnibus suspiceretur, & Auditorum præ alijs Doctoribus accursum maximum haberet, ob hanc elatior factus eò usque per Superbiam deductus est, ut etiamque publica in disputatione dicere ausus sit, tres fuisse in mundo homines, qui eum sectis & dogmatibus suis subjugarent, Moysen videlicet, qui Judaicum populum subverterit, Machometem, qui Turcas seduxerit: & Christum, qui Christianos fefellerit. Quam blasphemiam prolatam mox à DEO putatus, eversis primùm oculis, pro humana voce mugire coepit, & epilepsiam correptus, omnem scientiam & loquendum usque ad eò amisit, ut nihil præter Aleidem concubinam suam nominare posset. Cantiprat. l. 2. apum. c. 48. p. 5.

II. De alio quoque Sacerdote, superbo admodum, & insolentius, quam decebat, bellicoso, S. Damianus epist. 14. ad Deid. Abbat. c. 6. scribit, eum, cum ob varias lites cum alio quoque potente Domino acie contendere decrevisset, & forte cum socijs Missam audiens verba ista : *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur : Et qui se humiliat, exaltabitur :* in Evangelio audivisset, turpissima cum elatione & blasphemiam dicere ausum esse, veram non esse hanc sententiam vel ex hoc demonstrari, quòd si ipse se coram hostibus suis humiliasset

fer, tot prædia & Clientes ipse non possideret. Verum  
divinam vindictam adfuisse, dum in acie certans ab  
bus, in eo ipso guttore, per quod superbas & blasphemias  
ces protulerat, confossus est.

III. Josephus Acosta l. 2. de temp. noviss. c. 11. in  
in regno Pervano magni nominis Theologum fuisse,  
muliere, quæ divina pati videbatur, seductus, tantum  
exoraculisejus opinionem concepit, ut, licet integro  
lioqui sensûs & cerebri, serio tamen crederet, se hunc  
Pontificem creatum iri; sanctitatem sibi super omnia  
los concessam; unionem hypostaticam sibi oblatam  
cusatam à se: Christum quoad sufficientiam reatu-  
rò quoad efficaciam Redemptorem Mundi fore, quæ  
& plura alia cum tanta pertinacia, adductis etiam  
lypsi, Psalmis, & Prophetis, testimonijs defendit,  
potius à Judicibus inquisitionis adjudicari, quam  
suas deserere maluerit.

IV. Lusitanus quispiam Sacerdos, cum ab initio  
phiam & Theologiam in Societate docuisset, sed  
mores leves & superbiam ad Professionem serius  
tur, ad Ordinem Augustinianorum transeundi  
impetrasset, ibidem quoque alios contemnere, &  
doctos ludibrio habere cœpit; unde permissu DEI  
vitium quoque prolapsus est, quod ubi Prior ipse  
quâdam nocte, cum audisset, eum in domo me-  
ri, armata manu illum ad Monasterium duci, ibique  
omnibusque privilegijs exutum flagris eadi, & in  
detrudi iussit. Sed ille carcere elapsus in Siciliam  
eum vicarij ruralis officio aliquamdiu fuisset  
post iter faciens in Grassatores incidit, ab ijsque  
occisus est; qui, cum & ipsi comprehensi hoc certum  
derexissent, & locum, in quo sepeliverant, indicasset.

facti quidem illuc sunt aliqui, ut honestius illum  
lirent, sed à canibus jam devoratum repererunt.

Ribadencira in Catal. Apost.

